

## [DOCUMENTS DE L'ABBAYE]

[fol. 284 b]

### Document n° 1 <sup>1</sup>

[Vers 1009-1028]

*Notice relatant qu'Arnaud, fils aîné de Lobmans de Sainte-Eulalie, dernier survivant de sa famille avec son frère Bernard, moine à Saint-Sever, sans enfant lui-même et mortellement blessé, donne en alleu à Saint-Sever l'église et la villa de Sainte-Eulalie.*

[Élisabeth Nortier], « Documents transcrits à la fin du Beatus », dans *Saint-Sever, Millénaire de l'abbaye, Colloque international, 25, 26 et 27 mai 1985*, Mont-de-Marsan, 1986, p. 113-126, ici p. 113.

*Chartes et documents hagiographiques de l'abbaye de Saint-Sever (Landes) (988-1359)*, Texte édité, traduit et annoté par Georges PON et Jean CABANOT, Dax, 2010, tome I, n° 16, p. 168-171.

Arnaldus, primus filius Lobmanz de Sancta Eulalia, defunctis fratribus suis excepto Bernardo, monacho, sine filiis et filiabus, possidens omnem terram parentum et fratrum suorum, non habens filios nec filias, ad ultimum uulneratus gladio, ut uidit quod moreretur, misit ordinem omnibus audientibus qui <sup>2</sup> aderant, pro redemptione animę suę et animarum parentum suorum, nullo prohibente parentum, et donauit in alodio Deo et sancto Petro, sanctoque martiri Severo sanctę Eulalię ꝛcclesiam et uillam, et quicquid <sup>3</sup> pertinet ad ꝛcclesiam et uillam, in rusticis, in pratis, in siluis, in pascuis, in piscationibus, <sup>4</sup> in landis, in perpetuum possidendis, Sancione comite regnante et abbate Sancione. Si quis <sup>2</sup> parentum uel alius homo superueniens ex hoc ordine temptauerit minuere, uerbo ipsius Arnaldi, ex Dei omnipotentis auctoritate necnon omnium sanctorum sit excommunicatus et ab omni christianitate separatus, parsque sit eius cum Acar, filio Carmi, et cum Datan et Abiron, quos terra uiuos obsorbuit, sit dampnatus cum Nerone et mago Symone, ardeat sine fine, maledictus cum diabolo et angelis ejus in igne et sulphure in secula seculorum. Amen. Amen. Fiat. Fiat.

Fol. 284v° : Page blanche.

[fol. 285] Je suis a messire Mathurin Brin presbtre demourant au villaige de la Grasliere <sup>5</sup>  
parroisse. <sup>6</sup>

---

1. Texte écrit d'une écriture très ornée.

2. i suscrit.

3. Deux i suscrits.

4. Deux mots grattés en fin de ligne.

5. Écriture du XVII<sup>e</sup> siècle.

6. parroisse écrit d'une encre plus claire et d'une autre main.

[fol. 285v<sup>o</sup> a]**Document n<sup>o</sup> 2**

*Ce document est la transcription du prologue de la Passio des saints Cantius, Cantianus et Cantianilla et Protus, martyrisés à Aquilée sous le règne de Dioclétien (Voir Introduction). Son écriture semble pouvoir être identifiée avec celle du scribe B du Beatus. Plusieurs passages en sont obscurcis par des erreurs de copie qui ont été signalées en note d'après la version des Acta Sanctorum, Maii, t. VII, p. 428 (31 mai).*

[O]mnia<sup>7</sup> quæ a sanctis gesta sunt, uel geruntur, si quis<sup>8</sup> uoluerit studiose perquirere<sup>9</sup>, et sibi et plurimis hedificationibus<sup>9</sup> exhibere poterit fructum. Et quasi<sup>10</sup> arbor fructifera non sine causa probabitur terram occupare dum uiuit. Cum ipse suis pompis<sup>11</sup> ornatur et omnis qui<sup>9</sup> ex eo fructum<sup>12</sup> perceperit saginatur. Scribimus ut in gestis inuenimus, quid<sup>9</sup> egerint, quid<sup>9</sup> locuti sunt, quid<sup>9</sup> passi sunt sancti. Ostendistis uos esse catholicos, qui<sup>9</sup> Christi uictorias libenter legitis<sup>13</sup>, libenter auditis. Interrogo uos qui<sup>9</sup> ista inter apocriphas litteras exulanda<sup>14</sup> censetis, per quos<sup>15</sup> constat canon scripturarum omnium diuinarum? Numpquid<sup>9</sup> non per eos, qui<sup>9</sup> pro ipso canone occidi magis optarunt, quam uinci? Quid<sup>9</sup> enim tenuerunt martires? Fidem rectam, quam<sup>16</sup> sacris uoluminibus certo librorum numero continentur? Agunt illis gratias apices sacratissimi, quia per eorum perseuerantiam perseuerant. Et ideo uolunt eorum gesta conscribi, ut in conspectu Dei et hominum semper sancti laudentur, qui<sup>9</sup> in conspectu incredulorum, per eorum defensione tormenta immania pertulerunt. Nichil praeter scripturas canonicas recipientes studiose conscripsimus, ostendentes docma catholicum, per catholicos martires custoditum. Exemplum posteris damus, hedificationem credentibus tradimus, artem belli Christi militibus demonstramus. Constat eos nolle pugnare si necesse sit, qui<sup>9</sup> nolunt legi uictoriam pugnotoris. Imperent silencium infidelibus, spectent pugiles diabolicos, qui<sup>9</sup> atletas Domini spectare contempnunt. Nos [fol. 285v<sup>o</sup> b] diuinas uirtutes loquimur<sup>9</sup>, scribimus, praedicamus. Prohibent emuli, imperent silencium timidis, uerberent contempnentes, legentes<sup>17</sup> increpent, libenter hæc audientes accusent. Gloriosos faciunt milites uulnera, pro imperatoris laude suscepta. Pro cuius amore etiam, animas ponere libenter optamus. Triumphum Christi ac uictorium<sup>18</sup> laborem eius exercitibus de occultis foras proferimus. Scimus enim pugnans, quas illi uisibiliter passi sunt, inuisibiliter nobis excitari cotidie. Et negligenter pugnantes, acrius uulnerari.

---

7. Espace réservé pour la majuscule ornée qui n'a pas été écrite.

8. i suscrit.

9. AASS : ædificationis.

10. a suscrit.

11. AASS : ipsa suis pomis.

12. AASS : fructu.

13. s suscrit.

14. AASS : abolenda.

15. o suscrit.

16. Quam... continentur : AASS : quæ... continetur.

17. AASS : lugentes.

18. AASS : victoriarum.

Ergo ut arma pertractes, adtende bellantes. Damnante <sup>19</sup> studiis, ut hostis incipiat te timere. EXPLICIT PROLOGVS.

[fol. 286]

### Document n° 3

[988, après le 14 septembre]

#### Document faux ou grossièrement interpolé.

*Guilhem-Sanche, comte [de Gascogne], après une bataille victorieuse contre les Normands, achète, avec le consentement de son épouse Urraca et de ses fils Bernard et Sanche, le lieu de Saint-Sever à deux chevaliers, moyennant 300 sous et 45 vaches pour construire, en l'honneur du saint martyr Sever, un monastère qu'il libère de toute charge venant des laïcs ou des évêques.*

*Documents transcrits à la fin du Beatus, op.cit., p. 114-116.*

*Chartes et documents hagiographiques, op. cit., n° 2, p. 108-125.*

PRE <sup>20</sup> OCVLIS INDESINENTER HABERE SVMMVM DEVM, ORAMQUE EXTREMAM, NOVISSIMAM diem in mente habere, ac sectari quisque mortalis ut ualet iusticiam, ut euadat tormenta prauorum et peruenire ad praemia iustorum, quo <sup>21</sup> nullus miser admittitur, nullus felix excluditur, pati omne quod triste est facereque omne bonum dignissimum est. Idcirco ego, Guilelmus Sancius comes, cogitans dies antiquos et annos æternos, pertimescens futurum examinis iudicium, pro salute remedioque meę anime, seu propter <sup>22</sup> stabilitatem pacemque tocius nostri regni, et ut Deus omnipotens traderet obliuioni mea flagicia meorumque parentum, neque sumeret uindictam ex ipsis flagiciis, decreui honorare Deum locaque sanctorum, de his que michi tribuit. Occasio autem huius meę intencionis hec est: Quedam gens nefanda Normannorum, a proprio solo egressa, in istis nostris finibus est eucta, cupiens depopulare praedareque terras quas michi Deus iure hereditario tradere dignatus est. Ut autem me Deus ipse eriperet a sceleratissimorum horum manibus in suis gentium contra me facere bellum, genu flexo ante tumulum beatissimi martiris SEVERI, quatinus me sua intercessione tueretur, et sicuti rex quondam huius patrie Adrianus, post redintegrationem sui corporis regnum et se totum praefati martyr submitit dominationi, eodem modo ego sibi reliqui omnem patriam, nostrę dictionis subiectam, si uictoriam potitus fuissem deuoui, et in omnibus famulaturum Christo sanctoque martyri Seuero, et pro parua aecclesiola, magnificum et celebre monasterium me constructurum promisi. Post actum uotum sum nefandissimam turbam aggresus et idem gloriosissimus praefatus martir, quem in auxilium praerogaueram, cum equo albo armisque ornatus praeclaris apparuit, prosternens ac multa <sup>23</sup> milia nefandorum ad claustra Tartari transmisit. Ad ultimum uictoriam potitus, sicuti uoueram studui peragere ;

19. AASS : da mentem.

20. Dans l'espace laissé libre sur deux lignes pour une initiale rentrante, un petit P a été tracé par le scribe pour informer le rubricateur.

21. o suscrit.

22. pro corr. en propter par ajout de pt en interligne.

23. multos corr. en multa par surcharge et grattage.

accersitis militibus qui<sup>24</sup> praesidebant illum sacratum locum, praecabar<sup>25</sup> ut sanctum cum praedio uenderent michi. Illi uero resistebant nolentes uendere locum francum, et ab omni censu liberum. Super hac re iratus, perhibebam locum in alodio castri mei esse. Tandem conplacuit illis, iudicium facere in aqua frigida.

Ventum est ad horam diei, nolens huius rei uictus uideri, misi meam uxorem cum meis filiis, cum episcopis et senioribus atque cum principibus tocius Wasconie et uicinarum comitatum qui in circuitu terre istius sunt, ego remanens castro. Cum uero jam adesset hora ut paruulus ab episcopo in aqua<sup>26</sup> mergeretur, cum primum esset celi serenitas, ut nulla in aere nubes appareret tante coruscationes et tonitrua de celo sunt emissa, ut uix omnes qui<sup>17</sup> aderant, fulminum ictibus euadere se crederent, fugientes ad paruulam ecclesiolam Sancti Germani illesi. Post hæc ad me conuenientes et perturbantes me ignorantem euentum rei, diligenter tractans cum sapientibus qui tunc forte mecum aderant, multum<sup>27</sup> mirabar horum mirabilium que acciderant. Ipsi uero sapientes inquirebant si sanctus SEVERUS gestam vel passionem haberet scriptam, inuentum est a legentibus qualiter illud monasterium fuerat constructum, et qualiter a Francigenis hominibus fuerat destructum. Qua de causa, emi locum illum ab illis cum omnibus ad se pertinentibus, dans illis CCC<sup>tos</sup><sup>28</sup> solidos duodenarios argenti et quadraginta V uaccas cum multis rebus aliis. Cupiens itaque, sicuti<sup>29</sup> primitus deuoueram inibi famosissimum monasterium construere, conuocaui archiepiscopos Ausciensis seu Burdegalensis et cunctos episcopos qui sub meæ dictionis erant, et seniores cunctorum comitatum, scilicet Wasconorum, Begorrensiensium, Burdegalensium, Agennensium, Fecacensium siue Lactorensium, statui libertatem atque constitutionem<sup>30</sup> tali modo: Ego, Willelmus Sancius comes, qui hunc locum edifico, in honore sancti Saluatoris, sanctique principis apostolorum Petri, atque in honore praeclari martiris SEVERI; hanc cartulam manu propria [fol. 286v<sup>o</sup>]<sup>31</sup> roborare decerno, cum consensu meæ coniugis Urrace, ex regali stirpe procedente, fauentibus filiis meis Bernardo atque Sanccio<sup>32</sup>: interdicens ex auctoritate Dei omnipotentis sanctique principis apostolorum Petri, cui uice Christi concessa est potestas ligandi atque soluendi, atque auctoritate omnium sanctorum necnon ex auctoritate sancte Romane Sedis ipsiusque antistitis, cum confirmatione archiepiscopi Ausciensis, necnon archiepiscopi Burdegalensis, episcopi Agennensis, Guasconensis, Basacensis, Begorrensis, seu Lactorensis, cum consensu omnium comitum, procerumque tocius Wasconie, ut nullus archiepiscopus, nec episcopus, neque ego ipse, neque filius meus, uel nepos, uel pronepos, aut stirpis, aut successor, aut proprius aut extraneus, nec aliquis potens persona, neque aliquis ex parentibus nostris, ut dixi, uel ex nostris consanguineis futurus post multorum curricula temporum,

---

24. *i suscrit.*

25. *Une lettre grattée devant precabar.*

26. *v ajouté en interligne.*

27. *multum ajouté en interligne.*

28. *tos écrit en interligne.*

29. *sicuti ajouté en interligne.*

30. *Quelques lettres grattées en fin de ligne.*

31. *Liber generationum est écrit au-dessus de la première ligne du texte.*

32. *Le second c ajouté en interligne.*

nullus clericorum aut laicorum, nobilium uel ignobilium praesumat de redbibus rebus uel cartis monasteriorum, uel de cellis, uel uillis, uel ecclesiis, quę ad eum pertinent, quocumque modo occasiones mouere, uel dolos uel inmissiones aliquas facere, nec in hostem, nec in caballigationem, esse ducturos<sup>33</sup> milites, uel pedites; non in foro, aut in mercato, pertinentibus ipso sacro loco, quisquam iudicium<sup>34</sup> capiat, uel in appendiciis ejus aliquam calumniam facere praesumat, in aquis, in siluis, in pratis, in landis, in piscationibus, in pinetis seu in uineis; nec receptum inde per uim nec censum aliquod querere, nec clericos in ecclesiis uillarum praefati sancti iure possidentis, nullus audeat molestare, uel de his omnibus quę ipse sacratissimus locus, adquisitis<sup>35</sup> uel datis uel adquirendis adquisierit, nullus episcoporum aut laicorum, inibi seruientibus ex recessibus eorum receptaculis ulla popularis prebeatur occasio; nec in praefato loco quisquam episcopus cathedram audeat collocare, uel quamlibet potestatem licentiam habeat imperandi nec aliquam ordinationem quamuis leuissimam faciendi, nisi cum uoluntate et permissu abbatis ipso sacratissimo loco praesidentis; sed sint omnimodis liberi et absque ulla calumnia et inquietudine securi. Omnes uero episcopi qui modo adsunt, uel qui in perpetuum futuri sunt, ibi hospitare non<sup>36</sup> audeant, nec censum aut tributum aliquod requirant<sup>37</sup>, absque uoluntate ut praefati sumus abbatis. Insuper omnem decimationem meę substantię scilicet panis et uini, et quicquid<sup>38</sup> decimari oportet contrado; abbatem dominumque loci istius his praeficitio, nomine Saluatorem, sanctissimum et ab omnibus laudabilem; et fratres sub eo degentes a quibuscumque partibus aduenerint, quanto tempore sotiari monasterio uoluerint, stabilio et confirmo. Abbatem autem habere fratribus, non per munus aliquod nec per uitium nec per fauorem neque per adulationem, sed secundum ordinationem sancti Benedicti impero, sanctoque Petro quot singulis annis V solidos Romę abbati soluere mando. Omnes etiam ecclesias in omnibus meis<sup>39</sup> comitatibus, quas modo teneo, integre et sincere absque ullo censu immunes trado, sed et omnes ille quę a me cuiquam hominum contributas, post mortem illorum qui nunc tenent ad sacratissimum locum<sup>40</sup> reuertantur. Sed et ecclesiam sanctę Dei genitricis Marię que dicitur de Solaco uel de Finibus terre, cuidam Bonifilii in beneficio dedi, quandiu uiueret. Post mortem autem eiusdem, praefatam ecclesiam trado sancto Petro ac almo Severo, consencientibus Goscelmo et Achelmo filii eius primitus calumniantes, sed postmodum, a me dato precio, libentissime annuentes. Item dono ecclesiam Sancti Genii confessoris, ubi sua sacrata ossa tumulata iacent, ubi abbathiam<sup>41</sup> fieri iussi, sub regimine abbatis Sancti SEVERI cum omnia pertinencia concedo, cum consensu Otdati uicecomiti, atque Arnardi abbatis praefati loci. Ad ultimum [fol. 287]

---

33. us corr. en os.

34. iudicio corr. en iudicium par um suscrit sans suppression du o.

35. a gratté en début de ligne, entre ad et qui.

36. non ajouté en interligne.

37. re ajouté d'une encre noire.

38. Le second i suscrit.

39. meis ajouté en interligne.

40. Plusieurs lettres grattées après locum.

41. Un b ajouté en interligne.

trado castrum Palestion, cum omnibus apenditiis suis, et omnia pertinentia <sup>42</sup>, in siluis, in pratis, in uillis, in landis, in aquis, in pinetis, uel in uineis, cum omnibus militibus, seu armicolis. Omnia concedo que sunt inter duos fluuios ab Alfeano qui modo uocatur uulgo Aturris usque ad Gavarsuasensem, stabilio, decerno, confirmo, delego, trado. Ego Guilelmus Sancius, cum hec tabula, auro argentoque pulcre ornata. Principi apostolorum sancto clauigero Petro, necnon gloriosissimo martyri SEVERO, imprecans omnes maledictiones que scripte sunt in Veteri Testamento super eos uenire, qui huic sacratissimo loco in nullo obstiterint : si quis autem episcopus, praepotens, siue ex nostris parentibus, consanguineis, maiores, aut minores, quelibet persona, siue sit uir aut mulier ex his temptauerit minuere : ex Dei omnipotentis auctoritate, necnon omnium sanctorum, auctoritateque apostolica sancti Petri, necnon pontificis sue sedis praesidentis, sit excommunicatus et ab omni congregatione christianorum separatus, parsque <sup>43</sup> eorum sit cum Acar filio Carmi et cum Dathan et Abiron, quos terra uiuos obsorbuit, pereantque cum apostata Iuliano perditoque Datiano ; sint damnati cum Nerone et mago Symone ; ardeant sine fine maledicti cum diabolo et angelis eius in igne et sulfure in secula seculorum. Amen, amen. Fiat, fiat. Post actum malum, si quis <sup>44</sup> ad satisfactionem uenire uoluerit, perpetrata mala, seu dampnum quod intulit, in quadruplum restituat, septemque libras auri monasterio tribuat ; et <sup>45</sup> quia eundem locum tradidimus sancte apostoliceque Sedis, pedibus nudis illuc adeat, et litteris a praesule Romano susceptas suo episcopo proprio repraesentet. Vt autem hic in praesenti et in futuro euo carta hec firmissime credatur, mea manu seu uxoris filiorumque, necnon episcoporum uel fidelium manibus roborare dignum uel auctorizare decreui uel stabili.

† Signum Willelmi Sancii comitis, qui hanc cartam fieri iussit. † Signum Urrace comitisse. † Signum Bernardi Guillelmi filii ejus. † Signum Sancii filii ejus. Signum Orioli Sancii de Fageto. Signum Donati Garsie de Donazelo. Signum Aquelmi Atilii de Calonar. Signum Garsie Mancii de Bergiu. † Signum Centuli Castoni. Signum Castoni Centuli de Bearno <sup>46</sup>. † Signum Azziulli Elsi de Samadello. † Signum Asinari Elsi. Signum Bergonii Sancii. † Signum Garsia Lupi de Siluestro.

[fol. 287] <sup>47</sup>

#### Document n° 4

[Avant 1072]

**Acte sans doute falsifié.**

42. La fin des cinq premières lignes de la page est très usée.

43. s ajouté en interligne.

44. i suscrit.

45. et ajouté en interligne.

46. arno écrit à l'encre noire sur des lettres grattées.

47. Ce document commence sur la même ligne que la fin du précédent, dont il n'est séparé que par un simple signe de renvoi à la ligne. Mais il s'en distingue par l'encre plus noire, par l'écriture et par un nombre important de fautes qui trahissent sans doute une certaine méconnaissance de la langue latine.

*Notice relatant qu'Eustorgia, qui se fait converse à Saint-Sever, et son neveu Arnaud d'Estios, qui devient lui-même moine, donnent au monastère un bien patrimonial, la terre de Campgrand.*

*Documents transcrits à la fin du Beatus, op.cit., p. 117.*

*Chartes et documents hagiographiques, op. cit., n° 52, p. 232-235.*

¶ In nomine Domini nostri Jhesu Christi <sup>48</sup>. Qui superne felicitatis atque perpetue he[re]ditatis cupit consors fieri, necesse est ei terrena patrimonia pro Dei amore relinquere, et ipsi Deo sanctisque suis se et omnia sua ministrare, secundum illud Evangelii : Qui <sup>49</sup> non renunciauerit omnibus que possidet, non potest meus esse discipulus. Cuius praecepti non immemor quedam domina nomine Eustorgia obtulit se Deo et sancto Petro apostolorum principi <sup>50</sup>, almoque martiri SEVERO et abbati Gregorio cum quodam <sup>51</sup> nepote suo nomine Arnaldo Destios, faciens se conuersam, nepotem autem monacum <sup>52</sup>, et dedit terram de Campgran <sup>53</sup> Deo et sancto Severo quam possidebat patrimonii <sup>43</sup> iure. Factum est hoc anno millesimo trigesimo ab incarnatione Domini, IIII kalendas octobris, feria V. Regnante Vgone magno rege in Francia, Sancione comite in Guasconia, Gregorio VII<sup>mo</sup> <sup>54</sup> in papatu romano, Austindo archiepiscopo in Auxia, Petro episcopo in Aturi, Gastoni Centulli in Beiarn, Orioli Sancii in Fageto, Donati Garsie in Donazello, Aquelmi Atilii in Caunar <sup>55</sup>, Garsie Mancii in Berguei, Aziuelli Elsi in Samadello, Garsia Lupi in Siluestro, videntibus omnibus, tam <sup>56</sup> clericis quam laicis qui <sup>42</sup> erant in curia Sancioni comitis Guasconie, et abbati Sancti Severi Gregorio.

[fol. 287v°]

### Document n° 5

[997-1009]

#### Document remanié.

*Après avoir rappelé que sa mère Urraca et son frère Guilhem-Guilhem ont accompli le souhait, formé de son vivant par Guilhem-Sanche, d'acheter aux chevaliers Goscelm et Arnaud-Robert l'église Sainte-Marie de Soulac, pour la concéder en bienfait viager à un ermite nommé Bonfils, puis la donner au monastère de Saint-Sever, le comte Bernard-Guilhem, fils de Guilhem-Sanche, après l'assassinat de Bonfils par un rusticus, donne avec Urraca, sa mère, ladite église avec toutes ses dépendances à Saint-Sever ; il dédommage Goscelm et son fils qui avaient contesté cette donation.*

*Documents transcrits à la fin du Beatus, op.cit., p. 117-118.*

*Chartes et documents hagiographiques, op. cit., n° 7, p. 146-151.*

REGNANTE GVILELMO SANTIONE MEO GENITORE, CVPIENS EMERE QVANDAM aecclesiam Sancte Dei Genitricis Marie de Solaco siue de Finibus terre, a

---

48. Le scribe a écrit Christas.

49. i suscrit.

50. Le premier i suscrit.

51. o suscrit.

52. na écrit en interligne.

53. ad gratté devant Deo.

54. mo suscrit.

55. Counar corr. en Caunar.

56. Une lettre grattée après tam.

quibusdam militibus, Goscelmo atque Arnaldo Rotberto, in usus heremite Bonifilii nomine, quandiu uiueret, quatinus post mortem ipsius heremite supradicta ecclesia sancto Salvatori, sanctoque clauigero Petro, necnon martiri almo Seuero concedetur.

Sed preuentus genitor meus morte, desiderium cupitum explere nequiuit. Mater autem mea Vrraca cum germano meo Guilelmus Guilelmi dispositum desiderium adimplentes, sepefatam ecclesiam emerunt et Bonofilio heremite, ut supra memorauimus, quandiu uiueret, in beneficio tradiderunt. Interfecto autem ipso heremita a quodam rustico furtim nocte, Ego Bernardus Guilelmus monarchiam regni Deo auxiliante suscipiens post excessum fratris, memorans monita Salvatoris: Quid proficit homini si uniuersum mundum possideat et animam suam perdat? Iuxtaque psalmographi dicta, cum in honore est homo, non intelligit, comparatur insensibilibus brutisque animalibus similisque illis efficitur, reminiscens harum sententiarum etiam prophetam dicentis: Redite praeuaricatores ad cor, cum consensu meę supradicte matris pro remedio meę animę seu pro sospitate corporis necnon pro redemptione animę genitoris fratrumque et omnium parentum, inter alias multas possessiones, dono Sanctam Mariam de Solaco uel de Finibus terre, sancto Saluatori seu sancto apostolorum Principi<sup>57</sup> cęlorumque clauigero Petro praeclaroque martiri SEVERO abbatique Saluatori necnon fratribus ibidem supradictis sanctis seruientibus, cum omni integritate ad se pertinente, tam in pratis, quam in piscationibus, in pascuis, in siluis, in pinetis, in landis, in uinetis, consenciente Goscelmo cum Acelmo suo filio, primitus contradicens, sed a me illi dato precio annuens. Si quis autem pontifex aut prępotens, siue ex nostris parentibus, uel ex consanguineis, maioribus an minoribus, qualicumque persona, siue uir siue mulier, hanc concessionem diminuere temptauerit, tam de adquisitis quam adquirendis uel in futuro euo adquisituris, ęterna maledictione cito depereat, et cum Iuda traditore et Pilato necnon cum Nerone et mago Symone cum Daciano et apostata Iuliano, cum Datan et Abiron quos terra uiuos obsorbuit, sint dampnati hic et in perpetuum per omnia secula seculorum. Fiat, fiat.<sup>58</sup> Amen, amen. Post actum malum, si quis reuerti uoluerit, male acta quadruplicet, septemque libras auri Sancto SEVERO abbati fratribusque tribuat, Romamque pedibus nudis adeat, et litteras a papa romano susceptas, suo proprio episcopo deferat et penitentiam ut iusserit peragat. Et ut hec carta<sup>59</sup> perenniter maneat, mea manu meęque matris fratrumque et amicorum corroborare censeo. Signum Bernardi Guilelmi. Signum Vrracę comitisse. † Signum Sancionis. † Signum Goscelmi. Signum Acelmi filii eius. † † Signum Bergundi. † Signum Himonis. † Signum Rodgeri. † Signum Aezi. † Signum Centuli Castoni. † Signum Aziliels de Liraco. † Signum Ezachelm. † Signum Guilelmi Oriul. † Signum Adilsanz. † Signum Raimon Garsias. Hi omnes principes<sup>50</sup> burdegalenses cum Wasconensibus testes extiterunt et confirmauerunt.

---

57. *Le premier i suscrit.*

58. *Un mot gratté devant Amen.*

59. *Un grand trait vertical avant carta.*

[fol. 287v°]

**Document n° 6**

[Avant 1072 ?]

*Bernard de Goudosse, devenu convers à Saint-Sever, renonce à ce qu'il possède dans la villa de Pujol, à savoir un rusticus nommé Fort-Sans et la decimatio de la terre de Delfinus.*

*Documents transcrits à la fin du Beatus, op.cit., p. 118-119.*

*Chartes et documents hagiographiques, op. cit., n° 53, p. 234-237.*

In <sup>60</sup> nomine sancte et indiuidue Trinitatis, Ego BERNARDUS de Goldossa, pro Dei amore consequendo renunciando omnibus que possideo et que sunt in mundo, factusque conuersus in Sancti Seueri monasterio, quendam rusticum nomine Fortsans <sup>61</sup> in uilla de Puiol, simul quoque decimationem terre Dalfini <sup>62</sup>, Deo et sancto Seuero pro redemptione anime meę firmiter do, et post finem meum inreuocabiliter dimitto et dispono.

[fol. 288]

**Document n° 7**

[1065 ?-1072]

**Acte sans doute falsifié.**

*Gui-Geoffroi, comte de Poitiers et de Bordeaux, duc de Gascogne, restitue ou plutôt donne au monastère de Saint-Sever les biens que ses ancêtres lui avaient légués, parmi lesquels l'église Sainte-Marie de Soulac dite aussi « de la Fin des terres ».*

*Documents transcrits à la fin du Beatus, op.cit., p. 119.*

*Chartes et documents hagiographiques, op. cit., n° 48, p. 226-229.*

IN <sup>63</sup> DEI NOMINE et omnium Saluatoris Ihesu Christi Domini nostri a quo salus et uita omnium rerum constat. EGO Gauzfredus gratia omnipotentis Dei comes Pictauiensium Burdegalensium duxque Wasconum, reddo et [con]stituo <sup>64</sup> necne quod potius est, dono ea que sunt delegata ab antecessoribus meis comitibus integre et sincere summo apostolorum piscatori nostro PETRO atque gloriosissimo martiri SEVERO, primo pro anime meę remedio, postmodum ut uterque suis precibus me muniat tam mentis quam corporis, ab omni quod imminet periculo, interque cetera ecclesiam Sanctę eiusdem Dei genitricis MARIE que dicitur de Solaco uel de Finibus terre, cum omni integritate sibi pertinente, tam in pratis quamque in piscatione, tam in pascuis quamque in siluis, cum omnibus alodiis tam cultis quamque colendis et cum omni reddito tam quesito quamque inquirendo. Si quis <sup>65</sup> uero huic nostro facto repugnare uoluerit, primitus iram Dei omnipotentis incurrat atque cum Datan et Abiron quos terra uiuos obsorbuit dampnationem accipiat, et uiuens de medio populi sui pereat. Hanc autem

---

60. Grande initiale noire faiblement rentrante.

61. t ajouté en interligne.

62. e corr. en a par surcharge.

63. Grandes initiales non rentrantes.

64. con gratté en début de ligne.

65. i suscrit.

restitutionem uel potius donacionem, ut perpetuum uigorem obtineat, manu propria confirmo †<sup>66</sup> et testibus roborandam propria uoce trado. Testes et uisores hi sunt quorum signa subter iacent. † Signum IPSIVS COMITIS Gauzfredi. † Signum hujus loci abbatis reverendi GREGORII SIMVL ET EPISCOPI LASCVRRENSIS. † Signum PETRI EPISCOPI Aturrensis. ✂ Signum Aldeberti comitis de Marca et aliorum quamplurimorum abbatum et monachorum, Bernardi Mucronensis †. Et Bernardi REGULE abbatis †. Et Hieremie † istius rei suasoris, et militum Burdegalensium principum Amalbino Ticione de Blancafort. Et Amaneo de Marca. Et Androne de Lugainag. Et Bernardi Garsie. Insuper principis de Adilpoi. Et Emelii et Forto Anerii de Fageto.

[fol. 288]

**Document n° 8**

[1017]

**Document très remanié.**

*Récapitulation faite sous le comte Sanche des diverses donations consenties par les comtes de Gascogne Guilhem-Sanche, Bernard et Sanche en faveur du monastère de Saint Sever.*

*Documents transcrits à la fin du Beatus, op.cit., p. 120-121.*

*Chartes et documents hagiographiques, op. cit., n° 8, p. 150-159.*

[I]N<sup>67</sup> ADQUIRENDIS SIQUIDEM SPLENDIDISSIMIS EREDITARIA IVRE REGIONIBVS VBI IVSTORUM CORPORA animabus propriis reintegrata gaudebunt iugiter uisione dominica. Fallaces huius seculi diuitias et omnia mundi terrena funditus esse donanda, simul et pro nichilo radicitus fore putanda, omnibus litteris discipline necnon et rationabilis intelligentię sagacibus liquido patet. Quamobrem inclitus comes Wilelmus necnon et eius nobilissima coniux uidelicet Urracha, ex hoc cogitantes scilicet ut in acquirenda superne hereditatis mansione terrena tribuerent, et feliciter cum iustis sine fine gauderent, super flumen nomine Alfianum. In nomine sanctę et indiuidue Trinitatis et sancti Petri apostolorum principis, et sancti SEVERI preciosi Christi martiris ibidem requiescentis unum construunt monasterium, consentientibus episcopis omnibus coniurantibusque Uuasconie principibus, ditantur illud suis ex propriis terrarum ecclesiarumque facultatibus, uestris uero auribus modo insinuandis omnibus, uidelicet quandam curtem de Brocars integram, aecclesiam Sanctę Eugenię de Morganis cum uilla, ecclesiam Sancti Petri de Narbis Castello, Santione comite postea confirmante et duobus consanguineis, scilicet Aimone et Aimuino. Ecclesiam Sancti Georgii de Aurea Valle et Sancti Martini de Insula, et Sancte Marię de Mimisan et Sanctę Eulalie de Borno, ecclesiamque Sanctę Marię de Balsten, atque Sancti Iohannis de Brocars Sanctique Laurentii, et Sancti Genesii de Vallibus, cum omni integritate, ac Sancti Petri de Roca cum omni integritate, Sanctique Michaelis de Bedecenis cum omni integritate, Sanctique Iohannis de Villanoua, ecclesiam uero Sanctę Quintilię cum omni uilla, Sancteque Fidei de Busel ac Sancti Martini et Sancti

66. Plusieurs mots grattés en fin de ligne.

67. Un espace a été laissé libre sur deux lignes par le scribe pour une initiale rentrante que le rubricateur n'a pas dessinée.

Petri Sanctique Leonis atque Sancti Iohannis de Gotis et tertiam partem Sancti Genesisii. Villam autem que dicitur Mascum. Ecclesiam uero Sancti Cosmi [fol. 288v<sup>o</sup>] de Balsaner, Sancteque Marię de Finibus terre. Hęc omnia Wilelmus comes uxorque sua Urraca sancto clauigero sanctoque co[n]cedunt Seuero, ut per eorum intercessionem hostium suę misericordię aperiat eis omnipotens Dominus. Deinceps uero labentibus annorum curriculum, cum earundem terrarum monarchiam inclitus comes Bernardus regeret, supradictis sanctis concessit ea que uestris auribus pandam, uidelicet ecclesiam Sancti Germani de Burdegalo uillamque que dicitur Lotner et in Gotis allodias que habebat ac unum uillanum de Lia, siluam atque fitam de Busel. Bernardo comite obeunte atque ex hoc seculo sublato, Sancius comes, eius frater ac successor, earundem terrarum monarchiam suscipiens, supradictis sanctis hęc tribuit, uidelicet censum de piscibus marinis de Sigguanis et de Maritima. Ecclesiam uero Sancti Christofori de Cenon et Sancti Petri de Lotner, Sancteque Marię de Balsaner ac Sancti Vincentii de Capra Morte, Sancti uero Martini de Vulpiac, Sancti Iohannis de Montesicco Sanctique Felicis de Utcasa. Hęc omnia inclitus comes Sancius tribuit sancto Petro sanctoque Seuero, ut per intercessionem eorum tribuat ei Deus hereditatem in celestibus regnis. Soror quoque sua nomine Breschita dedit unam uillam que dicitur Manos. Quidam uero miles nomine Wilelmus supradictis sanctis dedit uillam que dicitur Carteria integram et ecclesiam Sancti Vincentii de Lino pro redemptione anime suę. Quidam autem homo nomine Eles dedit hereditatem ecclesię Sancti Petri de Trepeis supranoatatis<sup>68</sup> sanctis. Alius quidem uir nomine Auriolus aecclesiam Sancti Ipoliti tribuit sculptis sanctis. Quedam uero matrona nomine Ammona hoc quod possidebat in Macerias, et quod habebat in Urgelos suprasculptis sanctis concessit. Vnus quoque miles nomine Bernardus ecclesiam sanctę Marię de Seron suprascriptis sanctis concessit. Quidam autem monachus nomine Fortis dedit uillam Septenas post mortem Garsiani et Euschę et Garsiani atque Vilelmi suprasculptis<sup>69</sup> sanctis. Hęc autem que suprascripta sunt omnia suprasculptus<sup>62</sup> comes Vuilelmus et uxor sua Urraca necnon et filii eorum Bernardus scilicet atque Sancius uenerabilis comes simulque alii quos suprascripsimus concesserunt sancto Petro sanctoque Seuero ut per eorum intercessionem ianuam uite aperiat eis omnipotens Deus. Actum est hoc opido Palestrion annis ab incarnato Domino mille decem et septem, regnante rege Rotberto, Sancio comite Vuasconię. Ne ergo aliquis persecutor demonio<sup>70</sup> instigatus stimulo aliquod ex suprascriptis facultatibus rapere conaretur, dominus papa deinde alii duodecim episcopi in uicino degentes eiusdem loci, excommunicant et anatematizant<sup>71</sup>, dicentes : Si ulli malefactores ex supra lectis facultatibus aliquid rapuerint uel abstulerint aut consencientes fuerint et non ita emendauerint ut placeat abbati aut monachis eiusdem loci, maledicti sint. Maledicti dormientes, maledicti uigilantes. Male sedentes, male ambulantes. Male tacentes, male loquentes. Male in agro, male in domo. Male in uia et male in semita. Male in ciuitate, male in solitudine. Male in omnibus locis in quibus habitauerint. Fiat habitacio eorum deserta, et in

---

68. ta ajoutę en interligne sans suppression du a.

69. p ajoutę en interligne.

70. c grattę devant le o final.

71. at ajoutę en interligne apręs an.

tabernaculis eorum non sit qui <sup>72</sup> habitet. Fiant dies eorum pauci, et honores eorum accipiant alteri. Fiant filii eorum orfani, et uxores eorum uiduę. Non sit illis adiutor Deus, nec sit qui <sup>65</sup> misereatur filiis eorum. Dilixerunt maledictionem, et ueniat eis, et noluerunt benedictionem et elongetur ab illis. Induant maledictionem sicut uestimentum et intret maledictio sicut aqua in interioribus eorum. Confundantur et reuereantur et erubescant ualde uelociter. Et sint anathema Maranata [fol. 289] et pereant in secundo aduentu Domini. Amen. Fiat. Hęc sunt nomina episcoporum qui istam confirmant maledictionem, uidelicet Arsius Uuasconię episcopus. HOC GODEFREDUS DICTANDO SCRIPSIT <sup>73</sup>.

[fol. 289]

## Document n° 9

[vers 1070-1073]

### Document faux.

*Notice composée par les moines de Saint-Sever concernant leur différend avec l'archevêque de Bordeaux au sujet de l'église de Soulac au temps du pape Alexandre II.*

*Documents transcrits à la fin du Beatus, op.cit., p. 122.*

*Chartes et documents hagiographiques, op. cit., n° 56, p. 242-247.*

Ad <sup>74</sup> nostris posteris notitiam reseruandam, postpositis longis circumitionibus et alio rescriptis luculentius qualiter antiquitus <sup>75</sup> a comitibus Wasconię æcclesia Sanctę Marię de Solaco, apostolorum principi <sup>76</sup> Petro et egregio martiri Severo est collata, non piguit nos de pluribus pauca perstringere, quę omnipotens Deus in praesentiarum ad honorem et laudem suam dignatus est per praefatum beatum Severum operari. Siquidem archiepiscopus Burdegalensis conspirantibus suis insurrexit inianter <sup>77</sup> contra nos et hanc supradictam æcclesiam questus cupiditate deuictus, omni nisu nobis auferre molitus est. Ad quam rem sibi melius conciliandam plenariam synodum Burdegale instituit, ad quam dominum nostrum abbatem egregium Gregorium inuitauit, et de hac eademque æcclesia illum satisfaciendo quantum synodus iudicaret, interpellauit. Postea uero obtato uoto pro nichilo ducto, muneribus plenus Romam petiit, et aures papę Alexandro suo ueneno illexit atque suorum aliquot donis suis infecit. Et quia per se neque illuc neque istuc uocem ad requirendum <sup>78</sup> habuit, abbatem Sanctę Crucis sibi ad querimoniam consotiauit, qui <sup>71</sup> litteras falso meditatas ostendebat, et in eadem ecclesia se aliquam rectitudinem habere simulabat, uicinis eius et notis attestantibus, numquam amplius hoc audisse uel uidisse. Quod omnino falsum erat quod demonstrabat, euentus postea intulit. Nam eo tempore concitauerat <sup>79</sup> pene archiepiscopus omnes suos aduersum nos, et quia cum omnibus reluctari non potuimus, conuicti et coacti tam potentia quam uiolentia,

---

72. i suscrit.

73. Grandes capitales imitant la signature du scribe.

74. Grande initiale noire ornée.

75. Le second i suscrit.

76. Le premier i suscrit.

77. Lire inaniter.

78. i suscrit.

79. Trois lignes comportent un léger retrait à gauche.

praeiudicia quę iniuste nobis posuerunt sufferre compulsi sumus. Adiudicatum est enim a comite et a suis duellum fieri inter utrumque monasterium, silicet <sup>80</sup> Sancti SEVERI et Sanctę †. Quod postea recitatum in concilio cui praesidebat Stephanus cardinalis et abbas Cruniacensium VGO, non est distultum ab eis.

Nos tamen et nostri defensores reluctantes e contra clamauimus et apellauimus, Romanum concilium dompno episcopo Aturrensium <sup>81</sup> PETRO pro nobis dante obsides facturis quicquid <sup>82</sup> decreuisset Romanum concilium. Et quia hęc res non ualuit, praeparauimus insuper C equos ualidissimos aut amplius comiti. Quod ille recusans et abbas Sanctę †, omnia expernens ad ultimum tandem inuiti cogimur facere bellum. Ad quod ierant nobiscum defensores et adiutores comes Armaniensis <sup>83</sup> G[eraldus] et tocius Wasconię uicecomites et principes <sup>84</sup>, scilicet C[entullus] de Bearno, R[aimondus] de Martiano, R[aimundus] de Aquis <sup>71</sup>, R[aimondus] de Sola, cum multis aliis. Mira etenim res mox ut cepit duellum fieri illorum pugnator...

[fol. 289v°]

### Document n° 10

[1061-1073, juin, 20]

#### Document faux.

*Le pape Alexandre II écrit à Raimbaud, vicaire de la sainte Église romaine, pour le prier d'intervenir dans l'affaire de l'église de Soulac ; il prévoit que si l'abbé de Saint-Sever peut faire la preuve d'une possession trentenaire par une procédure régulière, l'archevêque l'en réinvestira.*

*Documents transcrits à la fin du Beatus, op.cit., p. 123.*

*Chartes et documents hagiographiques, op. cit., n° 55, p. 240-243.*

Alexander <sup>85</sup>, episcopus, seruus seruorum Dei, fratri Rambaldo, sanctę Romane Æcclesię uicario, salutem et apostolicam benedictionem. In discernendis sanctę Æcclesię causis uolumus te esse iuxta equitatis <sup>86</sup> rationem sollicitum, et ut cenobia sub tuitione et iure sancte Romane Æcclesię constituta tua sollerti industria ab infestatoribus et malis hominibus tueantur, quatenus cum tranquillitate <sup>78</sup> quam debent beato Petro reuerentiam possint exhibere. Inter hęc discretioni tue comittimus negotium Sancti Seueri de Guasconia quod ante humilitatis nostrę uestigia G[regorius], abbas eiusdem cenobii, exposuit, uidelicet de æcclesia Beatę Marię de Solac, quam gloriatur se per triginta annos et eo amplius possedissee, sepe tamen abbas Sanctę Crucis, uiolenti manu eum inquietabat <sup>87</sup>. Quare, congregato concilio, si abbas Beati Seueri septima manu abbatum tricennalem possessionem legali querimonia inconcussam se tenuisse probauerit, a tua <sup>88</sup> caritate auctoritate sanctę Romane Æcclesię, sanctorumque

80. Lire scilicet.

81. Un r ajouté en interligne.

82. Les deux i suscrits.

83. Armo corr. en Arma.

84. Le premier i suscrit.

85. Dans la marge, Alexander papa II.

86. Le premier i suscrit.

87. Le second i suscrit.

88. auctoritate gratté en fin de ligne.

canonum, et nostra confirmatione reuestiatur ei dominaturus in ea in perpetuum.  
Vale. Data XII kalendas iulii ALBANI.

[fol. 289v°]

**Document n° 11**

[1073-1085]

**Faux.**

Grégoire VII envoie une lettre à Amat, vicaire de l'Église romaine au sujet de l'église de Soulac et prend les mêmes dispositions qu'Alexandre II dans l'acte n° 55 ; il prévoit que si l'abbé de Saint-Sever peut faire la preuve d'une possession trentenaire par une procédure régulière, l'archevêque l'en réinvestira.

*Documents transcrits à la fin du Beatus, op.cit., p. 123.*

*Chartes et documents hagiographiques, op. cit., n° 62, p. 264-267.*

Gregorius<sup>89</sup>, episcopus seruus seruorum Dei, fratri Amato, sancte Romane Æcclesie uicario, salutem et apostolicam benedictionem. De querela filii nostri Arnaldi, abbatis Sancti Seueri Guasconię, super æcclesia Beatę Marie de Solaco que tandem est uentilata et nondum difinita, literis praesentibus fraternitati tuę mandamus quatenus ex auctoritate beati Petri apostolorum principis<sup>90</sup>, sanctęque Romane Æcclesię ac nostri quoadunato<sup>91</sup> cętu<sup>92</sup> tam episcoporum quam abbatum, sicut mos est legatorum nostrorum, praesente fratre nostro Arnaldo, abbate Sancte Crucis, si filius noster abbas Sancti Seueri probare poterit septima manu sui ordinis se obtinuisse tricennalem possessionem in ecclesia Beatę Marię de Solac, per tuam manum reuestiatur, auctoritate beati Petri et nostra possessurus eam in perpetuum. Vale. Data VII kalendas madii. Beneuentani.

[fol. 289v°]

**Document n° 12**

[1209]

Notice relatant qu'Assivus de Castegpugor, ayant été reçu comme frère à Saint-Sever, donne pour le salut de son âme tout ce qu'il a dans la villa de Montcug ; il reçoit de l'abbé et des moines 600 sous de Morlaàs.

*Documents transcrits à la fin du Beatus, op.cit., p. 124.*

*Chartes et documents hagiographiques, op. cit., n° 101, p. 380-383.*

Que geruntur a uiris prudentibus<sup>93</sup> scripture<sup>94</sup> solent memorie commendari, ne diuturnitate temporis possint obliuione deleri. Sciunt igitur<sup>87</sup> tam presentes quam futuri quod Assivus de Casteg Pugor fuit receptus in fratrem ab abbate Sancti<sup>87</sup> Seueri, capitis Vasconie, Forteio nomine, et a toto conuentu eiusdem loci. Ipse autem donauit libere, integre ac bona uoluntate monasterio Sancti<sup>87</sup> Seueri, pro salute anime sue, suorumque parentum, villam que dicitur Mont Cugo, quam totam sine querela naturaliter possidebat, ita quod nec sibi nec alicui de

---

89. Dans la marge, Gregorii papa VII.

90. Le premier i suscrit.

91. Le premier o suscrit.

92. o final corr. en u par ajout interlinéaire sans suppression du o.

93. Le premier u suscrit.

94. i suscrit.

suo genere in illa sibi retinuit. Dedit scilicet cabmasuram et omnes casallos, omne cultum et incultum et quicquid ad illam uillam pertinet. Abbas autem et conventus dederunt ei DC solidos Morlanensis monete. Dedit autem predictus Assivus pro se et pro toto suo genere frematuras R<sup>m</sup>. B. deu Casteg Nau, Ar[naldus] Wilelmi de Mieusenz. Visores huius donatiui fuerunt ipse fremature, Gualardus de Casteg Pugor, Raimondus Elpan, milites. Burgenses : Raimondus Guarsias, Paschalius Wilelmus, Amanieu, P[etrus] Ros, Raimondus B. de Serres, Guiraut Christianus, A[rnald]us den Boneu et alii multi. Factum est hoc anno ab incarnatione Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup>, B. de Mont Alt existente archiepiscopo Ausciense, Vitali de Bueu Mort episcopo Adurense, Johanne rege Anglie, Gastone vicecomite Bearnense.

[fol. 290]

### Document n<sup>o</sup> 13

[1074, repris au XIII<sup>e</sup> siècle]

#### Document falsifié ou interpolé au XIII<sup>e</sup> siècle.

*Notice relatant les obligations militaires que le seigneur de Mugron est tenu d'accomplir en faveur du monastère de Saint-Sever et du seigneur abbé de ce lieu, au sujet du château de Mugron qu'il tient du susdit monastère en tant que vassal astreint à l'hommage ; les conventions conclues en 1074 entre Raimond de Mugron et l'abbé de Saint-Sever ont été confirmées par Pierre de Mugron, successeur de Raimond, qui a construit le château.*

*Documents transcrits à la fin du Beatus, op.cit., p. 124-126.*

*Chartes et documents hagiographiques, op. cit., n<sup>o</sup> 58, p. 248-255.*

In <sup>95</sup> nomine Domini, amen. Hic continetur deuerium quod dominus de Mugrone tenetur facere monasterio Sancti Seueri et domino abbati eiusdem loci de castro de Mugrone, quod quidem castrum tenetur a prefato monasterio et abbate, prout inferius continetur.

Quoniam <sup>96</sup> generatio preterit et generatio aduenit et memoria hominum cito labitur, ideo nostris successoribus et omnibus aliis sciendum relinquimus quod Ramundus, pater Bernardi, qui fuit monachus Sancti Seueri et postea Aquensis episcopus, accepit ab abbate Sancti Severi nomine Arnaldo Raimondi Destios locum in quo castrum hedificaret. In quo loco procedente tempore, Petrus de Mugrone construxit illud castrum quod dicitur Mugron et nouem uillanos cum una milicia in uilla que dicitur Corse, et justiciam mercati quod dicitur Lobere, tali pacto quod iamdictus Ramundus et eius successores dictum castrum semel in anno, in memoriam donationis predicto abbati et eius <sup>97</sup> successoribus traderent, si illud ab eis exhigeret. Et ibidem fuit statutum inter eos et pacto firmissimo stabilitum quod si qua persona inquietaret, deuastaret terras seu bona uel redditus Sancti Seueri, dominus dicti castri de Mugrone tanquam fidelis bassallus sine aliqua fluxione ea defendat, et ad sancta Dei Euangelia pro se et successoribus suis iurauit et promisit ea in perpetuum deffendere et tueri.

95. Très grande initiale noire rentrante sur 9 lignes.

96. Initiale noire ornée non rentrante.

97. eis, ms.

Preterea, si quis insurgat contra abbatem monasterium, terras suas eis auferendo, exitus aut redditus depredando uel aliter iniuriando, cum iam dicto castro et militibus suis et omni apparatu suo et omni municione prefatis monasterio et abbati auxilium prebeat, nisi forte pater eius uel frater cum abbate guerram habuerit. Tunc si abbati noluerit succurrere, dictus dominus de Mugrone ipsum castrum et castellanos cum omnibus armis et annona et potu prefato abbati tradat. Et finita guerra, tantumdem ei abbas restituat quantum accepit. Statutum enim fuit et etiam ordinatum inter eos ac pacto firmissimo stabilitum quod quando abbas hostem fecerit comiti Vasconie, idem dominus de Mugrone uexillum abbatis deferat, si abbas ei preceperit et ad uexillum ferendum preparat ei abbas equum qui ualeat LXX solidos Morlanenses. Si uero equum in bello campano uel in inuasionem ad portam castri uel alicuius uille ammiserit, abbas eiusdem precii ei restituat. Si uero leuitate sua aliter equum ammiserit, non teneatur ei abbas reddere. Similiter cum socio uno et armigeris suis, quousque redeat in mensa abbatis comedat. Si uero ei uel baiulo suo hostem preceperit prefatus abbas, et ipse dominus de Mugrone seu baiulus suus noluerit uel contempserit facere, DCC solidos Morlanensis monete pro pena abbati soluat. Et nichilominus dictum castrum sibi tradere teneatur. Euntes uero et redeuntes ad iam dictum mercatum de Lelobere, prefatus dominus de Mugrone tenetur et debet custodire, ne in uia capiantur uel spoliantur, et propter hoc habet iusticiam seu deuerium, uidelicet XX denarios Morlanenses ab eo qui iniuriam fecerit in mercato, et ab omnibus sal uendentibus manum plenam salis. Et qui ciphos uenderit, unum, et qui scutellas, unam percipiat. Et si quis ferrum uenale ad mercatum detulerit et ipsum in terram a collo deposuerit, siue uenderit siue non, obolum unum habeat ad ferraturam sui equi. Et statutum fuit quod si abbas iniuriam fecerit domino castri uel ipse abbati, locum habent<sup>98</sup> communem, in quo debent esse ad Tastam, uidelicet de Saurenc, et ibi alter alteri arbitrio militum et bonorum hominum eiusdem terre, nulla addita falcitate, satisfaciant. Si uero homines abbas, hominibus domini iam dicti castri uel aliis dampnum uel iniuriam fecerint, coram abbate querimoniam faciant<sup>99</sup>, et quod iustum fuerit accipiant uersa uice. Super hiis et de omnibus iam dictis fecit dictus dominus de Mugrone, homagium et fidelitatem Arnaldo Ramundi abbati Sancti Seueri. Et tactis sacrosanctis reliquiis beatissimi Seueri martiris super altare eiusdem, iurauit prefatus basallus, pro se et successoribus suis et in deffentione abbatis ac monasterii et bonorum eorundem, dominus dicti castri sic faciendum ac fi[r]miter<sup>92</sup> stabiliuit. Hoc etiam statutum fuit inter eos quod, facto hominio siue homagio abbati Sancti Seueri de dicto castro et aliis et prestito juramento, ut prefertur, dictus abbas ad honorem iamdicti domini et ad memoriam hominii seu homagii facti et recepti idem abbas LXX solidos Morlanenses domino dicti castri largiatur. Acta fuerunt hec et juramento uallata, ut predicatur, anno ab incarnatione Domini M° LXX° III°. Suscepit R[amundus] memoratus dictum castrum cum appendiciis suis, et cum omnibus superius nominatis pro se suisque successoribus. Procedente tempore, post decessum predicti abbatis et R[amundi] domini dicti castri, P[etrus] de Mugrone fecit eandem fidelitatem et hominium siue homagium supradictum abbati Sancti Seueri Gregorio, quando

---

98. *Un mot gratté.*

99. *Un trou postérieur à la copie a fait disparaître une lettre.*

suscepit ab eo nominatum opidum et guardere cum omnibus sibi adiacentibus, et tunc statutum fuit et pacto firmissimo stabilitum quod abbas Sancti Seueri de omnibus lesnis et pedagiis ibidem semper medietatem percipiet.

[fol. 290v<sup>o</sup>] Epistola

Hunc librum dignatus est accipere illustrissimus et reverendissimus cardinalis de Sourdis <sup>100</sup> a Guillelmo Guerry <sup>101</sup>, dum Thiffaugianos inviserat in episcopatu Maleacensi <sup>102</sup>.

---

100. François d'Escoubleau était cardinal de Sourdis.

101. Guillaume Guerry de Tiffauges, en Vendée.

102. Abbaye de Maillezais, en Vendée.